



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Croesvs Et Codrvs. hoc est, Copiæ Et Inopiæ Damna vel
Lvcra, à bono iustoq[ue] Mundi Governatore Deo
Distribvta**

Stengel, Georg

Ingolstadij, 1648

§. 4. Quantis sceleribus plerumq[ue] diuitiæ acquirantur?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52359)

enarrare? Quàm multi *trium nummum* causa subeunt sub falas, vt Cornicus loquitur? applicant scalas, conscendunt muros, neque sciunt, vnde contorta falarica veniat; aut vnde fulminent è manibus, aut turribus, aut propugnaculis tormenta. Vno verbo, hi Martij pupilli vel dandis, vel accipiendis vulneribus stipendia merentur, semper vel suo sanguine cruenti, vel alieno, seu occidant, seu occidantur. Nemo mihi obijciat eos, qui domi sessitantes fœnus exercent, & per vsuras, aut alios dolos fraudesque rem suam augent. Hi enim nec interdium dormiunt, nec noctu quiescunt, semper sunt in suo calculo, semper computant, semper scribunt, legunt, relegunt, semper vigilantes sibi somnia fingunt. Quid multum opus est? ipsum aurum, teste S. Augustino, prouidens hominibus natura, *cum labore facit quæri, quod noluerat inueniri.* Addit paulò post: *Aurum quod arumna perquirat, quod auaritia cupit, quod sollicitudo custodit: aurum materia laborum, periculum possidentium: aurum enervatio virtutum; aurum malus dominus, proditor seruus.*

S. Aug.
lib. de
verb. Act.
Apost.
serm. 2.

§. IV.

Quantis sceleribus plerumq; diuitie acquirantur? Ne

Neque enim sufficit in acquirendo auro esse laborem, qui tamen solus plurimos à virtute sectanda absterret, sed insuper plerumque habet auaritiam, fraudes, cædes, & meditata scelera connexa. Celebris fuit sententia Pythagoræ: *Imaginem Dei, ne geras in annulo.* Aiunt Pythagoram vel è diuinis libris, vel è diuinis viris, vel rationis ductu intellexisse, animam hominis esse imaginem Numinis; hanc ergo noluit in annulo aureo vel sculpendam, vel gerendam, sicut gemmæ in pala annuli gestantur. Quo simbolo voluit monere, ne mentem animamq; nostram auro includamus, more eorum, qui nihil aliud cogitant, nihil aliud amant, nihil aliud sitiunt, nihil aliud quarunt, & negotiantur, nisi aurum & diuitias, atque ita animam suam, imaginem Dei, captiuam tenent, auro non decorantes, sed maculantes. Huc respexit ille, qui Syllæ nescio qua de re sese iactanti dixisse legitur: *Quo modo vir bonus esse potes, qui tantas possideas opes, cum à patre nihil tibi sit relictum?* Qui nescit flagitijs parari opes, interroget corruptores euerforesque testamentorum, examinet fures, abigeos, prædones, latrones; consideret vsurarios, mangones, & Iudæos nostrates;

Plutarch.
in vita
Syllæ.



& quos non? Ut pecuniæ habeantur, profli-
gatur fides, proditur patria, amittitur cae-
lum, venditur anima diabolo, traditur Deus
Iudæo. Neque enim satis est, Iudam hoc se-
mel fecisse, adhuc hodie reperiuntur, qui ut
nummos referant, deferunt hostiam conse-
cratam, ad recutitos, impijs cultris conuul-
nerandam. Quis honor, quæ honestas, quæ
nobilitas inesse potest auri argentiq̄ue sac-
culis, aut prædijs in hunc modum acqui-
sitis? Et tamen quoties nobilitas non nisi his
artibus comparatur?

§. V.

*Pessima artes, quibus diuitia atque nobilitas
sæpe sunt quasita-*

Imperia-
lis Secre-
tarius in
hist. de
Euryalo.

Quod, apud puræ Latinitatis, sed non
item puræ castitatis authorem Pandalus o-
stendit, qui *lenocinij mercede sortitus est Comi-
tatum, & auream bullam suæ nobilitatis poste-
ritati nulla virtute comparatam demonstra-
uit.* Cuius exemplo scriptor hæc subiungit.
*In nobilitate multi sunt gradus, mi Mariani
& sanè, si cuiuslibet originem quaras (sicut ma-
sententia fert) aut nullas nobilitates inuenias,
aut admodum paucas, quæ sceleratum non ha-
buerunt ortum. Cùm enim hos dici nobiles vi-
deamus, qui diuitijs abundant, diuitia ver-*

rati